



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Artic. I. Mirabilis Congressus Abbatis Perabonis, & nova, quæ suis dixit  
hospitibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

Hoc novum non est, viros videlicet sapientissimos, quamvis studuerint nunquam, nisi in silentio solitudinis & exercitio orationis. Sanctus Antonius Eremita indumentis paucis accessit desertum, tamque doctus evasit, ut Sanctus Augustinus alleveret, ipsum non solum totam sacram scripturam memoriam tenuisse; sed melius ipsius penetrasse intelligentiam sapientissimis quibus Doctoribus.

Sanctus Bernardus studuit quasi nunquam nisi in sylvis; & melius dicit profundissima quæque scientia Dei arcana, colloquendo cum querubus & abjetibus, quæm doceantur in scholis Theologie.

Abbas Stephanus, qui nullâ imbutus erat studione, quando suo se inclusit Eremitorio, evasit oraculum, quod consulebant omnes; & spargitur, neminem ipsum consuluisse unquam, qui non redierit consolatus, & plenè instructus in omnibus, quæ nō sse desiderabat.

Sanctus Romualdus Fundator Ordinis Camaldulensem, cum aliquando diceret Missam, sicut raptus

in brevem sed sublimem extasim exinde reversus invenit se perdonum Psalmorum Interpretem, quorum anteā vix legere poterat verba. Nullus foret ejusmodi exemplorum finis, si omnia adducenda forent, quæ continentur in Historijs & Vitis Sanctorum: sed relinquamus alios, ut diutius commentari & colloqui possimus cum Abate nostro pembone.

Cum videremus ipsum reducēre in loco devotioni Sanctissimæ Virginis, cui addicūssimæ erat, consecrato, credidimus ipsum habere animum proſus refertum cognitionibus ac illustrationibus circa excellentias admirabilis hujus Matris; unde & speravimus, nos maximum facturos ex ipsius colloquio profectum. Hoc est, quod nos impulit, ut institueremus cura ipso frequentem consultationem, cujus percipies argumentum, maietiam, totamque seriem; unde & colliges scatere ipsam illecebribus, quibus mitifice oblectetur anima devotione aliquid Sanctissimæ Virgini addicta.

## ARGUMENTUM.

*Mirabilis Congressus Abbatis pembonis, & nova, que suis dixit hospitiibus.*

### ARTICULUS I.

Bonus hic senex vicinus factus nobis, vultu admodum sereno, ubi suavitas, gaudium

& maiestas æqualiter fermè suos diffundebant splendores, interrogavit nos voce letiæ, sed jucunda: vulgare  
nova sed  
valde di-  
versa.

*Quæ*

*Quæ nova, amici mei?* Verum est, ex hac salutandi ratione nos magis hæsisse stupore perculsos, quam solatio perfusos; admirabamur, proficiisci hac verba ex ore viri, quem ita alienum credebamus à rebus mundi, ut de his nec minimam in mente suâ tolerare vellet cogitationem: Ille, quem coartem habebam, respondit ipsi admodum sedatè: Nulla nobis constant, eum nostri non sit instituti vel addiscere, vel divulgare nova in congressibus: Non enim ideo versamur in mundo, aut ipsum frequentamus, ut repleamus animum ipsius vanitatibus; sed potius fugimus ipsum, quantum possibile est nobis, & malum ignorare, quam nosse omnia ea, quæ sunt in hac Babylone confusio-

Quantum ad me, reponit senex, nova mihi sunt pulcherrima, plurimumque consolatoria; tantum inquiero, quibus illa communice; sed homines non invenio, qui capere illa possint: Nihilominus, vos videns, credidi satis vos habiles esse ad intelligendum & capiendum illa. Venite, locus enim hic commodus non est: Non disperguntar ejusmodi nova per vias publicas; venite, ducam vos in parvum meum Paradisum, qui non nisi tribus passibus hinc distat, ex hoc apprehens nos manibus, in suum deduxit Eremitorium. Non erat hoc nisi minimum quoddam

tugurium coopertum juncis, & quatuor innixum palis, quas infixerat terræ ex parte istius facelli, quodque videbatur magis idoneum ad recipiendum miserum aliquod jumentum, quam ut esset alicujus hominis habitaculum.

Estne hoc, mi Pater, id, quod nuncupas Paradisum tuum? Non, respondit, est meum Purgatorium; sed perjucundam illam Santissimæ Virginis domum meum appello Paradisum: Judicabis utique Purgatorium esse non debere locum delicijs refertum; hinc ita construxi illud, ut omnis generis mihi in eo sint absorbendæ, ibique meis diluam lacrymis residua omnia peccata mea, iuxta exemplum Regij Vatis David, qui pro eo, ut suaviter de nocte dormiret, lectum suum irrigabat lacrymis suis: *Læ. Bonum exercitium ad degustandum consolacionis Dei mei; sed egreditus Purgatorio mox promptum invenio ipsum ad recipientum me in sinum suum: videtur namque porrigerere mihi manus, inque invitare: Euge serve bone intra in gaudium Domini tui.*

Sane, mi Pater, invenisti arcnum, quod ignorat mundus: Homines mundani exstruunt sibi dominus, inquantum possunt, pulcherrimas & commodissimas; instruunt illas ornamenti perquam magnificis ac spendidissimis, quasi tibi meup

Domus magna-  
rum bejus mundi sunt iporum Paradisus, & Ecclesia iporum Purgatoriis sis

sis extruere vellent paradisum, in quo omne sibi promittant oblectamenti genus: dum interim Ecclesie, quae sunt domus Dei, quem adorant, tam sint pauperes, tam immundæ, tam nudæ ab omni ornatû genere (potissimum vero Ecclesie campesires) tam incommodæ, tamque aspectu inviles, ut quando illustris quidam Dominus Dominus è castro suo concedant in Ecclesiam, credendi habeant ansam, se exire è paradiſo in purgatorium: unde etiam nonnisi coacti, & quanto minus possunt, ibi morantur.

Quomodo possibile est, portabiderum, & illos vel unicam scintillam fidei vel extrahentes in animabus suis, vel conservantes eos vel minimum religionis sensu negligentes in cordibus suis? Quomodo non erubescunt, dum nunquam non coram oculis suis intuentur vermiculum terræ habitantem velut Deum visibilem. & Magnum DEUM Vivum, quem adorant, habitantem penes se velut vermiculum terræ? Quid igitur magis horrendum est aspectu, vel arrogancia, quæ ipsos inflat, vel impietas, quæ ipsos inducat? Arrogancia ipsorum eos inducit ad faciendum impensas absque mensura, pro gloria suâ, & commoditate suâ, persuadens ipsis, se nunquam facturos satis magnas, satis que splendidas pro se ipsis; ipsis sum impietas eos reddit tam avaros circa ea omnia, quæ spectant ad

R. P. Isaac Confessor, Tom. III.

bonum vel honorem Dei, ut illa omnia se amissuros crederent, quæ eo impenderent nomine, illucque collocarent; Et si quis ad hoc obstringere ipsos vellet, contendenter & defendenter se potius lite, nec conquererentur, si centies tantum hanc consumarent, modò non obstringantur ad minimam faciendum impensam pro Majestate Dei. Eheu! præsumunt illi indeces petere ab ipso regnum aeternum, quod acquisivit ipsis sui pretio sanguinis; insuper nōrunt, ipsum hoc sibi, date velle, & illi pro ipso facere non vellent impensam levissimam!

An dubitare possunt, quin sibi aliquando in die judicij faciatur sit horrendam illam redargutionem, quam olim suo fecit populo; *Nun. Aggei 1. v.  
quid tempus vobis est, ut habueritis 4.  
in domibus laqueatis? & domus ita deserta.* Itane cogitallis non. Alia inventiva in nisi vobis extruere in tempore dominus pomposas atque magnificas, gligunt de quasi voluisseis conficeret ex ijs ve cōtem Hc stræ palatia aeternitatis; & reliqui clesiarum, stis dominum meam desertam, pauperem, neglectam, totamque di tutam & destruetam, non major rem illius habentes curam, quam si nibili vobis sufficiat, vel vos nihil à me haberetis expectandum; & vos præsumitis postulare à me augustum aeternitatis meæ palatiū? Apagite impij & ingratias vestras erit putredo & vermis, & tumuli vestri domus vestrae in

S I I. per

Psal. 48. v. perpetuum : Sepulchra illorum domus eorum in eternum.

Mundus accipit paradiſum, purgatoriū & infernū in fenu opposite.

Sanctus Abbas, qui audiebat invenientiam hanc cum voluptate, conclusit illam, dicendo nobis: Verum est, cœtitatem mundorum esse horrendam, cum omnia in alienum detorqueant sensum; edocentur, esse paradisum, purgatorium, & infernum; aspiciunt mundum, sicut velut paradisum, solitudinem velut purgatorium, loca sacra & servitium Dei velut infernum. O amantissime Deus! Misericordias tuas cantabo in eternum, quod alienum ab illorum me sentiam sensis; profecto enim aspicio mundum, meum velut infernum, & summe exhorteo ipsum; Exiguum meum Eremitorium, meum est purgatorium, ubi labens promeritas subibo penas pro expiacione meorum criminum; Et locus hic Sanctus (Sacellum inquam) ubi adorare mihi licet Majestatem Dei mei, & contemplari Excellentias divinæ ipsius Matris, meus est paradiſus; ita, meus Paradiſus, ubi tam puris, tamque copiosis fruor consolationibus, ut semper commorari hic posse mea exposcerent vota.

Sacrum dedicatum honoris sanctissimæ Virginis Nutricis; & quare

Ex hoc arripiuit occasionem ducendi nos in facellum suum, ubi cum supra portam legerem duo hæc verba magnis & aureis charatis exarata: VIRGINI NUTRICI; Quid est hoc? interrogavi ipsum: Non memini, me un-

quam vidisse Ecclesiam aut Sacellum dedicatum honori Sanctissimæ Virginis Nutricis: Credo equidem, inquit nobis, cogitabam id vobis fote novum; & hæc etiam prima sunt nova, quæ volui communicare vobis; audite bene, quid sum desuper vobis dicturus. Ut audiremus ipsum tantò commodius, occupare nos jussit Eremitarum sedilia, quæ propè aderant; & hæc erant lignei quidam trunci musco profus obducti; & ecce, quâ ratione ceperit loqui nobis.

Tam novum est, videre Virginem Matrem, ut cuncta secula id viderint nunquam, nisi in solâ MARIA, verâ Matre Filij DEI; nulla natura est pars in hoc prodigio; Est id opus Spiritus Sancti, ita asserente nob's Sancto Evangelio: Quod enim in ea natum est, Matth. 1, de Spiritu Santo est. Est similiter tam novum videre Virginem, cui ubera sint lacte plena, ut tota ex eo obstupescat natura, & nihil hic capiat: Verum quod lacte hoc ipsa nutriat Deum eternum, prodigium majus est, quam si sola nutrit et omnes simul filios Adæ.

Sed ecce censes tam inusitatum, Ammice dicebam ipsi, quod Virgo ubera habeat referta lacte? Ideo, te spondit mihi, quod lac, quo vita conservatur infanti, sit liquor tam pretiosus, ut natura plurimi vendat ipsum cunctis Matribus; nulli enim eatum id confert, nisi exposuerit ipsam re totius mundi pretiosissimam,

hinc , cujusque irreparabilis est ja-  
dura , nimis tūm Virginitate , & id  
sepius post Exantlatos savissimos  
puerij dolores : Singularis om-  
nino p̄rogativa est Matri Admi-  
rabilis , vterum habere Virgineum ,  
& turgentia lacte vbera , abs eo ,  
quod natura fuerit anla , vel exspo-  
liare ipsam suā Virginitate , vel ipsi  
inferte dolores partūs , pro eo quod  
pateretur ipsam suis propinare lac  
vberibus : Et hinc est , quod Eccle-  
sia felicitati iphius applaudens , in die  
Circumcisionis canter & module-  
tur : *Ipsius Regem Angelorum , sola  
Virgo lactat ubere de corlo pleno .*

*Tertullianus patet hec sicut  
habeat Virginis  
lac fuisse  
mirabile.*  
*datth. i. 1.  
10.*  
*Aximic  
um sit,  
quod Virg  
achabat  
in abacu*

Probè novi , Tertullianum scri-  
psiisse , quod naturale sit Sanctissi-  
ma Virginis habere lac in vberibus ,  
scit naturale est omnibus alijs Ma-  
tribus , postquam pepererunt ; eò-  
quod , inquit , cum idem sanguis ,  
quem natura destinat ad conficien-  
dum Corpus infantis , cujusque sem-  
per suppeditat provisionem , quam-  
diu mater ipsum format vel nutrit  
adhuc in tuo utero , amplius ne-  
cessarius non sit ad hunc usum ,  
postquam ipsum peperit , divertat  
ipsum alio , & ut ipsum impendat  
ad alium usum necessarium , nempe  
ad lactandum infantem , faciat a-  
scendere illum usque ad vbera , tri-  
buens illi moram & perfectiorem  
concoctionem , donec acquirat co-  
lorem album & gratum dulcorem ,  
qui lenocinetur tenero & delicato  
gustui parvorum infantium . Cùm  
ergo naturale hoc sit omnibus alijs

matribus , naturale etiam erat san-  
ctissimae Virginis , quæ vera natu-  
ralis Mater est Infantis JESU . Ecce  
opinionem Tertulliani , qui gravis  
est Auctor , quémque omnes sem-  
per respxerunt velut virum non  
minus solidum , quād doctum .

Sed plures Sancti Patres , quibus *s. S. & P. P. 3*  
major adhibenda fides , quād ipsi , tres dicunt  
considerantes , quod natura non *lac ipsius*  
suppeditaverit Sanctissimæ Virginis *fuisse mira- culosum.*  
id genus sanguinis , quem difun-  
dit in alias Matres , verum id fuisse  
opus Spiritus Sancti , ipsiusque ope-  
ratum esse in illâ duo ingentia mi-  
racula , pro certo tenent ; unum ,  
quod suppeditaverit ipsi purissi-  
mum & preciosissimum sanguinem  
ex omnibus venis ejus , unde for-  
maverit ipsa in castissimo utero suo  
Corpus divini sui Infantis ; alte-  
rum , quod repleverit ipsius vbera  
lacte , quod natura non poterat  
ipsi conserre , eòquod manerit  
semper Virgo non minus post ,  
quād ante partum suum ; Hec est  
opinio Sancti Athanasij dicensis : *s. Athan.*  
*Lac vero modo peregrino fluxit.* Et *serm. de de-*  
Sanctus Vincentius Fetterius ex *spons. Virg.*  
presle dicit , quod Sanctissima Vir- *& S. Joseph.*  
go , cum lac non haberet post pu- *S. Vincent.*  
rissimum partum suum , precata sit *serm. Nat.*  
Deum , quatenus id sibi impertire-  
tur ad divinum suum lactandum  
Infantem ; quodque in instanti  
sanctissima ipsius vbera illo fuesint  
repleta .

O Deus , quod lactis genus cre- *Bernardi-*  
dere possumus id fuisse ! Si ample *nus Buseiensis*  
*S. S. 2. statimur*

sis serm. de Oimur mentem alterius: cuiusdam  
parturitio- magni & devoti famuli Matis Dei,  
ne B. M. audi mus, quid & quomodo lo-  
part. 2. in quatur nobis de illo: Lac sanctissi-  
fine.


magni & devoti famuli Matis Dei,  
audi mus, quid & quomodo lo-  
quatur nobis de illo: Lac sanctissi-  
mam Virginis erat saporis prorsus  
divini, ob suavitatem, quam con-  
tulerat ipsi Spiritus Sanctus: Nulla  
la unquam alia Mater lac habuit  
tam dulce, tanque suave sicut ip-  
sa; Et hujus ratio esse potest, quod  
cum lac altiarum Matrum supponat  
in illis inordinationem concupiscen-  
tia, à qua non ficerint prorsus ex-  
empta, dum facta sunt Matres, re-  
tinat semper aliquid impuritatis  
sue & maligni saporis: Sed omnia  
Sanctissima Virgo semper in omni-  
bus conservata fuerit purissima à  
Spiritu Sancto, lac ipsius nihil ha-  
buit, quod dicorem & saporem  
non redoleret prorsus divinum ex  
adorando hoc principio.

S. Augu-  
stini.

Similiter Sanctus Augustinus,  
qui eximia hæc lens pluribus jam  
seculis antea conceperat depropria-  
vit aliquando ex ore suo verba  
hæc amore plenissima, quæ ar-  
dens ipsius erga sanctissimam Vir-  
ginem devotione ex illius elicuit cor-  
de: Lacta MARIA Salvatorem  
tuum, panem cœli, pretium mun-  
di, lacta eum, qui fecit te talem,  
ut ipse fieret in te. Ah! Fratres  
mei, prosequitur Sanctus hic Se;

nex, totus colliquescens dulcore,  
& effusus in lacrymas lætitiae: Ah!  
Fratres mei, dicate mihi, quid ve-  
lera experiantur corda: quid delo-  
Etabilius videatur vobis, vel aspi-  
rete Virginem, quæ teneat Deum  
suum, & Creatorem suum in bra-  
chijs suis, quæque suis ipsum da-  
bet uberibus laetum velut alum-  
num; vel intueri ipsam Infantem  
Deum pendulum ex umeribus Ma-  
tris lucæ Virginis: Suus cuiuslibet est  
gustus non minus animæ, quam  
Corporis sunt lucæ cuivis illece-  
bra singulares erga diversos fan-  
tissimæ Virginis status. quantum  
ad me, non est, quo ita demul-  
ceor, sicut dum video lactantem  
aplana divinum lufantem suum;  
Et hæc dicens sublatis in titulum  
Sacelli sui oculis, lapidùs repe-  
bat hæc verba: VIRGINI NI-  
TRICI: O quantum oblectant  
me verba hæc! Et dixisse, gustal-  
le ipsum dulcedinem melius pro-  
nuntiantem illa, tam illi accide-  
bant jucunda. Hem Ecur, mi  
Pater, interrogavit ipsum Comes  
meus, ut quid tantum hoc afficit  
& allicit te mysticum, quod plu-  
rimis in mundo non ita videtur  
considerabile? Ausulta me &  
dicam tibi.

\* \*



ARGU-